

postea dicitur: eum numerorum istorum rationem in Romano Calendario plenius explicabimus. Ob eandem porro, quam atulimus, causam, tres illi numeri, 9, 10, 11, solitarii sunt, neque antecedentibus, aut posterioribus adherent. Siquidem qui proximè illos antecedunt numeri, minores sunt, quibus auctus subijci non debent, qui autem sequuntur, majores sunt: unde vacua interponi cella debet. Quod si aliter fieret, tota numerorum in Calendario series turbanda fuerat.

Cor aurei numeri non semper eodem ordine describuntur.

Contra communem hanc regulam alternis quibusque mensibus aurei quidam numeri majores minoribus proximè subijciuntur: quo videlicet contractis intervallis, alternis cavæ syzygiæ reddantur. quod in paribus plenarumque mensibus fieri diximus. Itaque aureus numerus 9, in Paophi ad Kalend. adscribitur, proximèque post 1. ponitur. In Choiac numerus XVII. post IX, die mensis secundo collocatur. Idem fit & Mechir primo, & Phamenoth xxx. in eodem numero. In numero verò XI, Payni V, ubi auctus post III. ponitur. ac denique in numero XIV, qui Kal. Mefori proximè post VI. collocatur. Hoc modo plenarum & cavarum alternationes existunt. Quoties igitur inter proximè majorem, & minorem numerum auctus intercedit, live aurei numeri majoris auctus subiectio; ambo à se decem dumtaxat dierum spatio discrepant. alias undecim dies intercedunt. In aureo numero XIX. aliter sese res habet. Nam ab aureo numero XIX. ad XI. duodecim in plenis; undecim in cavis mensibus dierum discrimen est. Causa rei hujus est; quòd ultima Neomenia cycli XIX. intercalaris cava fit: idèò unus ei dies subtrahitur, & numerus 1. antevertit. Etenim ad epactam aurei numeri XIX, quæ est XVIII, duodecim adjiciuntur, ut fiant XXX; propter illam, quam dixi, postremæ Neomeniæ intercalaris cava fit: eo quòd è septem embolimis mensibus 700. cavæ auctus septem cavus esse debet, ut supra dictum est. Itaque duodecim diebus aureus numerus 1. à XIX. in prima syzygia distat, quæ quidem plena est: qui modus intervalli in imparibus mensibus retinetur. in paribus, & ubi cavæ sunt syzygiæ, undecim dies intercedunt. Cyclo primo, Neomenia in quinta 7. in paophi, live ultimo anni die reperta est Nicæno sæculo: cyclo verò XIX. Thoth XI. Discrimen dierum XII.

CAPUT IV.

De cyclo Paschali Alexandrinorum, & quatenus à superiori distet.

Superior illa numerorum aureorum in Calendario dispositio nonnihil ab Alexandrinis ad Paschalem methodum immutata fuit. Cum enim primus mensis lunaris is esset, qui in Thoth desinit; illi primùm deinceps cum stauerunt, in quem Pascha caderet; hoc est qui in Pharmuthi desineret. Idèò menses omnes embolimos proximè antè illum intercalarunt: quos & tricenarios fecerunt; septem numeris aureis uno die summotis. Sunt autem embolimai septem anni 700. in epactali cyclo, 3, 6, 9, 11, 14, 17, 19: quos in Paschali retinuerunt, uno excepto 9, pro quo 8. annum embolimaum esse voluerunt.

Igitur numeros istos aureos sex, 3, 6, 8, 11, 14, 19. in Pharmuthi uno die infra quàm in epactali cyclo erant, collocarunt: nimirum aureum numerum 3, qui ad IV. Pharmuthi erat adscriptus, in V. rejecerunt: numerum verò 6. à secundo ad tertium, & ita ceteros uno die summoverunt. Numerum verò 17, qui in xxx. die Phamenoth erat, ad Kalendas Pharmuthi retraxerunt. Ita factum est, ut menses illi septem, qui in Pharmuthi desinunt, pleni essent, contra pristinum institutum, quod eas lunationes cavas esse jubet, quæ in pares menses desinunt. Est autem Pharmuthi par, & octavus. Porro cum septem embolimi menses plenis spatiis decurrerent, unus dies redundabat. Quippe septimus intercalaris XXI. dies dumtaxat postulat. Proinde compensatio altero in mense facta, in quo lunatio una plena extra ordinem cava processit, cyclo XIX. Nam cum lunatio cycli XIX, quæ in Pharmuthi septimo Aprilisterminabatur in epactali cyclo, in Paschali desineret in III. Pharmuthi, sequens syzygia Paschalis à IV. die Pharmuthi secundo terminatur, cava est facta; quæ desinit in

Pachon septimum. Quæ autem in Payni sexto terminatur, cava, quæ in Epiphi sexto, plena, quæ in Mefori desinit, ea ordine plena esse debuit; sed ad superflui illius diei cava remansit; ut & sequens, quæ in IV. die Epagomenon finitur. Ita duæ syzygiæ cavæ sibi succedunt; quarum altera extra ordinem uno die contractior est; eaque diei unius cava saltem Luna dicitur; de quo paulò post. Quocirca mutatio septemdecim omnino locis est facta in Calendario Paschali: videlicet in Pharmuthi, septem: ubi aurei numeri 3, 6, 8, 11, 14, 17, & 19, uno die descenderunt. quinque in Payni; in quo uno die quinque aurei numeri summoti sunt: nempe 3, 8, 11, 14, 19. In Mefori demum quatuor; nimirum 3, 8, 11, 14; & in Paophi unus 9: qui à Kalendis ad secundum diem retrusus est. Quorum omnium singillatim rationes edideram. Postquam enim septem embolimorum mensium numeri in Pharmuthi uno die præcipitati sunt, ut ex cavis pleni fierent, deinceps lunationum alternatio mutata est: cùmque in naturali, epactalivè cyclo syzygiæ omnes, quæ in impares menses inciderent, plenæ essent; cavæ autem, quæ in pares; contrarium in quinque illis aureis numeris accidit. Nam lunatio, verbi causa, quæ cyclo tertio, Phamenoth quinto die inibat, & cava erat desinens in tertium Pharmuthi; quam plena deinde sequebatur à IV. Pharmuthi incipiens, & in III. Pachon terminata: ea est plena facta, aureo numero III, in V. Pharmuthi summoto: consequens verò ex plena cava fuit, in Pachon imparè mensem desinens. Idèò in Payni plena rursus ex cava fieri debuit. Quare aureus numerus III, qui ad tertium Payni diem adscriptus cavam lunationem clauderebat, in quartum diem rejectus est, ut plenam exciperet. Tum in Epiphi lunatio, quæ plena erat, uno mutilata die cava remansit. At in Mefori lunatio cava, plena ut fieret, aureus numerus III à secundo Mefori in tertium compulsus est. Ea verò lunatio, quæ in primam Epagomenon desinit, ex plena cava est effecta. Eadem ratio in quatuor aliis observata: in quibus, ut alternis plenæ, cavæque syzygiæ succederent, in paribus mensibus uno die aurei numeri descenderunt. At in aureo numero VI, & XVII, nulla vicissitudo est facta mutatio: eo quòd ambo illi extra ordinem plenam habent syzygiam, quæ compensationi illè satisfeceret. Nam aureo numero VI. currente, duæ plenæ lunationes proximè sese consequerentur; quarum prior Pharmuthi; altera, eademque embolima, Pachon Kalendis inibat. Unde mansit eadem series plenarum, cavarumque mensibus insequentibus, quæ in epactali cyclo fuerat. Exempli causâ cyclo VI, aureus numerus VI. in Pharmuthi à Kalendis ad secundum diem translatus est, ut ibi plena fieret lunatio. Cava porro, quæ illam secuta est, ipso die xxx. Pharmuthi desit. Plenam itaque oportuit esse sequentem in Pachon. Atqui plena jam erat in epactali cyclo, utpote intercalaris. Nulla igitur aurei numeri promotio fiet, neque in hoc, neque in aliis mensibus; quæ in quinque supra memoratis idèò facta est, quoniam post illam aureorum numerorum in Pharmuthi descensum, tertius mensis, qui plenus esse debuit, in Payni terminatus, cavam illè lunationem reperit, cujus proinde collatanda spatia fuerunt. Idem & de aureo numero XVII. usurpari potest. Hic enim duas auctus lunationes habet in epactali cyclo. Prior ultimo die Phamenoth incipit; quæ est embolima. altera ultimo die Pharmuthi: cujus rei causam superiori capite reddidimus. Itaque post mensium aurei numeri 17. à xxx. die Phamenoth in Kalendas Pharmuthi, sequens lunatio cava ex plena facta est. Tertia verò, quam plenam esse oportuit, plena jam est inventa. Unde series eadem lunationum perseveravit, idèòque aurei istius numeri situs in reliquis mensibus. Denique aureus numerus 19, qui ad Mefori sextum, Julii tricesimum diem appositus erat in epactali cyclo, in decemnovennali eodem die retinetur, manetque cava illa lunatio duabus utrimque cavis stipata. Quod quidem propterea ita disponitur, ut media illa lunatio uno die mutilata superfluum alterius diem compenset. Diximus enim ex embolimis septem, ultimam lunationem viginti novem dumtaxat dies exigere. Cùm igitur in decemnovennali cyclo etiam que in septima die Pharmuthi desinebat, in Epactali Calendario tricenaria facta sit, ne uno illo die major enneadecateris Novilunia præcipitet, de altera syzygia dies unus detrahatur, quæ extra ordinem

ordinem cava fit: quem Luna saltum Computista veteres appellant; uti postea pluribus explicabitur. Ex his apparet quis aureorum numerorum dispositus in decemnovennali cyclo Alexandrinorum esse debeat, utique ab epactali sedecim tantum in locis disideat: & unde diversitas illa proficiatur. Nunc Alexandrinum Calendarium decemnovennali cyclo prædiximus proponemus: hoc est quinque dumtaxat illius ultimos menses, in quibus ab epactali discrepat. Nam primi septem menses eundem aureorum numerorum contextum habent, qui est in epactali cyclo. Excipiendus tamen aureus numerus IX; qui in Paophi sede sua movetur; & cùm in epactali cyclo Calendas ejus occupet, in decemnovennali ad secundum diem retrahitur. Quod ex eadem illa ordinis ac feriei perturbatione nascitur, quam in Pharmuthi propter embolimos accidere decemnovennali in cyclo diximus. Etenim postquam lunatio illa, quæ cyclo VIII. in Pharmuthi terminatur, plena est ex cavâ facta, mutata, ut ostendimus, alternatione plenarum & cavarum: ea quæ in Mefori desit, plena fieri debuit. Idèò aureus numerus VIIII. à septimo Mefori, ad octavum traductus est; & sequens lunatio, quæ in Thoth Calendis finitur, ac cyclo nono tribuitur, ca-

va ex plena reddita est. Ne igitur duæ cavæ proximè sese consequerentur, lunatio secunda aurei numeri IX, quæ in ultimo die Thoth desinebat in epactali cyclo, ad Calendas usque Paophi propagata est: & aureus numerus IX. descendere iustus est ad secundum Paophi diem. Hoc autem reliquis in embolimis non accidit. Nam VI, & XVII. nullam, ut dictum est proximè, vicissitudinem patiuntur: idèò qui eos consequuntur, VII, & XVIII, immoti perseverant, in Thoth & Paophi reliqui quatuor, III, XI, XIV, & XIX, idèò nullam in proximè sequentes, IV, XII, XV, & I mutationem in Thoth, & Paophi derivant; quia singuli duas habent desinens in Mefori lunationes, quarum posterior cava fit. Unde sequens, quæ in Thoth finitur, plena, uti erat, permanet. Hinc apparet in cyclo decemnovennali, contra quàm in epactali, lunationem, quæ in Thoth impari mense terminatur cyclo nono, cavam esse; in Paophi verò, pari mense, plenam fieri. quæ labes ordinis in Paophi sinit: eo quòd alteram idem lunationem claudit, quæ ex ferie cava est. Quare deinceps plenæ in impares, cavæ in pares lunationes desinunt. Sed jam quinque mensium cyclo decemnovennali præditorum Diagramma proponendum est.

TYPUS QUINQUE MENSIVM ULTIMORUM Alexandrini Calendarii cum cyclo decemnovennali.

Table with 2 main columns: PHARMUTHI and PACHON. Each column has sub-columns for Aur. nu., Dies, Epactæ, and Menses Juliani. The table lists the days of the month, the corresponding epact, and the Julian month for both calendars.

10 P A Y N I				
Aur. nu.	Dies Payni.	Epactae.		Menfes Juliani.
6	I	25	F	XXVI
	II		G	XXVII
14	III	23	A	XXVIII
3	IV	22	B	XXIX
	V		C	XXX
11	VI	20	D	XXXI
	VII		E	I Jun.
19	VIII	18	F	II
	IX		G	III
16	X	15	A	IV
	XI		B	V
5	XII	14	C	VI
	XIII		D	VII
13	XIII	12	E	VIII
	XIV		F	IX
2	XV	11	G	X
	XVI		A	XI
18	XVII	7	B	XII
	XVIII		C	XIII
7	XIX	6	D	XIV
	XX		E	XV
15	XXI	4	F	XVI
	XXII		G	XVII
4	XXIII	3	A	XVIII
	XXIV		B	XIX
12	XXV	1	C	XX
	XXVI		D	XXI
1	XXVII	28	E	XXII
	XXVIII		F	XXIII
17	XXIX	26	G	XXIV
	XXX		A	XXV

12 M E S O R I				
Aur. nu.	Dies Mefori.	Epactae.		Menfes Juliani.
1	I		C	XXV
	II		D	XXVI
14	III	23	E	XXVII
3	IV	22	F	XXVIII
	V		G	XXIX
11	VI	20	A	XXX
	VII		B	XXXI
19	VIII	18	C	I Aug.
	IX		D	II
16	X	15	E	III
	XI		F	IV
5	XII	14	G	V
	XIII		A	VI
13	XIV	11	B	VII
	XV		C	VIII
2	XVI	9	D	IX

CAPUT V.

De cyclo Paschali Romanorum ad Alexandrinorum imitationem, auctore Dionysio descripto: & vario in eodem numerorum situ.

Leo Epist. LXIV.

QUAMVIS Paschalis controversia Niceni concilii auctoritate sublata videri posset, eique provi-

11 E P I P H I				
Aur. nu.	Dies Epiph.	Epactae.		Menfes Juliani.
1	I		A	XXV
	II		B	XXVI
14	III	23	C	XXVII
3	IV	22	D	XXVIII
	V		E	XXIX
11	VI	20	F	XXX
	VII		G	XXXI
19	VIII	18	A	I Jul.
	IX		B	II
16	X	15	C	III
	XI		D	IV
5	XII	14	E	V
	XIII		F	VI
13	XIII	12	G	VII
	XIV		A	VIII
2	XV	11	B	IX
	XVI		C	X
18	XVII	7	D	XI
	XVIII		E	XII
7	XIX	6	F	XIII
	XX		G	XIV
15	XXI	4	A	XV
	XXII		B	XVI
4	XXIII	3	C	XVII
	XXIV		D	XVIII
12	XXV	1	E	XIX
	XXVI		F	XX
1	XXVII	28	G	XXI
	XXVIII		A	XXII
17	XXIX	26	B	XXIII
	XXX		C	XXIV

Reliquum mensis Mefori.

18	XXVII	7	E	X
	XXVIII		F	XI
7	XIX	6	G	XII
	XX		A	XIII
15	XXI	4	B	XIV
	XXII		C	XV
4	XXIII	3	D	XVI
	XXIV		E	XVII
12	XXV	1	F	XVIII
	XXVI		G	XIX
1	XXVII	28	A	XX
	XXVIII		B	XXI
17	XXIX	26	C	XXII
	XXX		D	XXIII

EPAGOMENÆ.

14	I	23	E	XXIV
	II		F	XXV
3	III	22	G	XXVI
	IV		A	XXVII
11	V	20	B	XXVIII
	VI		C	XXIX

totus complexus est: sed plerique peculiaribus sese legibus ac regulis obstrinxerunt. Nam aureos numeros in Kalendariis suis aliter instituerunt; & embolismos annos non eodem observarunt: Paschales quoque termini suo quodam, & Alexandrinis contrario more descripti. Hinc flagrantissima illa Latinis inter, & Græcos altercationes exorta sunt; quæ in aperta nonnumquam odia, Ecclesiarumque divortia proruperunt. De quibus omnibus secundo hujus Operis libro satis egimus; tum eadem res postea, cum de Latinorum cyclo disputaverimus, planius intelligetur. Primus apud Occidentem Dionysius Exiguus, quo suos cum Alexandrinis in concordiam adduceret, damnata Latinorum methodo, aureos

numeros, totamque Paschatis celebrandi rationem ex Alexandrinorum Fastis in Romanum Kalendarium transfudit.

Quæ res non omnibus Occidentis populis initio probata, paullatim apud illos obtinuit. Ita demum abrogatis, extinctisque Latinorum numeris, Alexandrini omnibus in Romani orbis Kalendariis eorum loco substituti ad Gregorii XIII. Pontificis Romani tempora perseverarunt. Sed ejusmodi prima illa, & nativa numerorum aureorum dispositio à Dionysio constituta fuerit, nequaquam inter auctores convenit. Nam neque numerorum illorum situs in vulgatis Kalendariis unus idemque deprehenditur; & sunt qui veterem ac Dionysianum contextum à posterioribus interpolatum fuisse censent. Quæ de re uberius hoc loco dicitur postquam universè Dionysiana ratio tradita fuerit.

Dionysius igitur cum Alexandrinorum lunares numeros in Romano Kalendario derivare cuperet, propter utriusque anni diversa principia, non eodem utrobique statuere potuit. Nam Alexandrini Julianam anni formam ita Augusto jubente receperant, ut ejus initium non à Kalendis Januariis, sed à XXIX. die Augusti repeterent. Ex quo factum est, ut à Kal. Jan. ad XXVII. Augusti diem iidem planè in Romano Kalendario numeri collocati sint, qui erant in Alexandrino; à vicefimo autem nono mensis ejusdem ad finem usque Decembris, uno minore in Romano, quàm in Alexandrino fuerint. Etenim in Romano, numeri à Januario cepti ad Decembrem exeuntem continua serie decurrunt; quæ in Alexandrino Kalendario post vicefimum octavam Augusti diem propter novum anni primordium interruptitur. Quare cum Alexandrini ad diem Thoth secundum, qui Augusti tricesimo respondet, numerum aureum IX. adscripserint; Romani, auctore Dionysio, numerum aureum VII. à Januario progressum, eodem die ac deinceps retinuerunt. Quod ad situm numerorum, ac sedem attinet, hoc est dies ipsos, quibus appositi sunt; obscura res est ob Calendariorum varietatem. Neque enim inter se consentiunt: & perdifficile est statuere, cujusmodi forma illorum, ac descriptio primùm à Dionysio constituta sit; tum quis eam postea commutarit.

Paulus quidem Forosempronienfis eruditus earum rerum percurator, ac diligens, libro VI. & VII. primæ Partis non dubitat, quin Dionysius aureos numeros in Romano Kalendario iis ipsis diebus affixerit, qui Alexandrinorum mensium diebus iisdem numeris præditis respondet: uti numerorum illorum ordinatio ejusmodi fuerit, qualem in Diagrammate quinque mensium Alexandrinorum capite superiori propositum. Quocirca numeros istos ea methodo in Romano Kalendario transcribi jubet; ut à sexta die Tybi ad finem usque Alexandrini Calendarii, iidem penitus aurei numeri notati, excerptique transferantur in Romanum. inde verò ad initium recurramus Alexandrini Calendarii: sed numeri in Romano minores unitate ponantur. Tum libro VII. Paulus idem Petrum de Rivo, & alios Computistas exagitat, qui aureos numeros aliter, quàm in typo illo Alexandrini Calendarii digeruntur, in Romano collocabant. Sic enim colligit: Prima & nativa dispositio numerorum aureorum, tam in Alexandrino, quàm in Romano Kalendario, illa est ipsa, quæ in epactali cyclo supra cap. II. à nobis est edita. In hac enim simplex & naturalis embolismorum situs observatur; uti scilicet tum demum intercaletur, cum epactæ, sive superflui dies tricenarius expleat. Quare plenarum cavarumque syzygiarum alternatio, quàm Alexandrini, ac Romani in suis Fastis usurparunt, ad exemplar illud exigenda venit. Diximus supra, lunationes ferre omnes, quæ in impares mensis Alexandrinos desinunt, plenas esse; cavas autem, quæ in paribus terminantur. Hoc modo, quæ in Thoth, Athyr, Tybi, Phamenoth, Pachon, Epiphi desinunt, plena sunt; quæ in reliquis, cavæ. Mutata deinde est aliquot numerorum mensiumque conditio, propter embolimos mensis septem; quorum in Phamenoth, & Pharmuthi spatia producta sunt. Quod capite quarto declaravimus.

Itaque cum Dionysius Alexandrinam omnem rationem in Romanum Kalendarium invexerit, alternatio plenarum, cavarumque syzygiarum in Romano, ad Alexandrinum Kalendarium conformari debet. Exempli causâ

Tybi mensis init xxvii. die Decembris, & Januarii vicefima quinta clauditur. Proinde lunationes omnes, quæ à xxvii. die Decembris ad xxv. Januarii terminantur, plene omnes esse debent; quia Tybi mensis est impar. Sequens mensis, qui dicitur Mechir, à xxvi. Januarii incipit; & in xxiv. Februarii desinit. Ideo syzygia omnes, quæ in dies illos desinunt à xxvi. Jan. ad xxiv. Febr. cavæ sint oportet. Sic omnes illæ syzygiae, quæ à xxv. Febr. ad xxvi. Martii terminantur; quia in Phamenoth desinunt, plene sunt; atque ita deinceps. id quod cap. II. supra declaravimus. Turbant hunc ordinem embolimi menses in decemnovennali Alexandrinorum cyclo, ad eum modum, quem cap. IV. disputavimus. Quæ cum ita sint, lunationes omnes, quæ in vi. postremos Januarii dies desinunt, quoniam ad Mechir pertinent, cavæ esse debent, si Paulo Forosempronienfi credimus; utputa cyclo III, VI, XIV, XVII. Item quæ in IV. ultimos Febr. desinunt, plene sunt, quoniam in Phamenoth incurrunt. ut accidit cyclo VI, & XIV. Ad hæc cyclo XVI, & V. lunationes, quæ in Septembris vicefimum nonum, & tricesimum desinunt, cavæ sunt; eo quod in Paophi terminantur. Unde aureus numerus XVI, ad XXX. Septembris adnotatur; aureus verò numerus V. ad Cal. Oct. quemadmodum & in epactali fiebat. Præterea cyclo XVI, & V. lunationes in Novembri terminatæ cavæ sunt; & aurei illi numeri ad Novembris xxviii, ac xxxi. applicantur. propterea quod Neomenia Choiac, qui mensis par est, à xxviii. Novemb. incipit. atque ita lunationes, quæ in xxviii. vel xxviiii. die terminantur, in Choiac, hoc est pari mense desinunt, & idcirco cavæ esse debent. Unus numerus VII, lunationem plenam in pari mense, hoc est Paophi, terminat: quod secus habuit in epactali; uti cap. IV. supra differimus. Ita Paulus Forosempronienfis; qui universè numerorum in Kalendario Romano dispositum hac regula metitur: ut iisdem planè diebus, quibus in Alexandrinorum Kalendario autem numeri cycli decemnovennalis attribuantur; in Romano quoque describantur. Idem porro libro VII. Paulina, & aliis in locis, Petrum de Rivo, & alios è vulgo Computorum magistrōs vellicat, qui aliter, atque ipse fecit, aureos numeros in Kalendariis suis descripserant; nimirum uti lunationes omnes in Januario desinentes plenas; in Febuario verò, cavas statuerent. Malè igitur ab illis existimat ordinatos esse numeros istos, XVII, VI, XIV, III, in fine Januarii. Quoniam, inquit, debent anticipare sedes suas per diem unum. Sic & aureum numerum XI. perperam ad secundum Februarii affixum ab illis queritur; cum ad Kalendas apponi deberit. Præterea lunationes embolismicas hand rectè dispositas ab iisdem fuisse scribit. Sed de embolimis mensibus postea. Nunc universè de aureorum numerorum collocacione agimus.

In quo primùm illud occurrit: eam ipsam numerorum in Kalendario Romano descriptionem, quam Paulus approbat, ab omnibus, quæ quidem existant, aut quæ videre ipse potui, Kalendariis discrepare: tum quam Petrus de Rivo, ceterique, contra quos disputat Paulus, amplexi sunt; Paulus verò ipse tantoperè castigat; ab iisdem illis vulgatis Kalendariis admitti. Est inter Opera Bedæ Tomo primo Liber, qui Ephemeris inscribitur: in quo Romanum Kalendarium ad dextram marginem in primo versu describitur. Ibi verò contra quam Paulus censuit, & secundum damnatam ab eo rationem, aurei illi numeri ad menses singulos applicantur. Idemque numerorum situs in antiquissimis Kalendariis cernitur, quæ Breviariis, ac Missalibus, quibus ante anni castigationem usa est Ecclesia, præfigi solent: nec non in eo quod Clavius cap. IX. Kalendarii descripsit. Tum à Joanne Stæfiero servatus est in Kalend. Proposit. xxxv. in v. ubi menses Alexandrinos cum Romanis comparat. Quinciam Campanus eruditissimus Computi artifex, capite præferti xxvii. Computi majoris nullam aliam numerorum in Calendario descriptionem, præter vulgarem, & à Paulo rejectam agnoscat; quæ & certis regulis adstrigit: de quibus suo loco disputabimus. Ex horum omnium sententia, & in Kalendariis, uti dictum est, omnibus, numeri aurei ea dispositione collocantur, quam vitiosam Forosempronienfis arbitratur; ac lunationes omnes, quæ in totum Januariam, ejusque adeo sex postremos dies desinunt, plene sunt; & aurei illi numeri quatuor, XVII, VI, XIV, III, uno die sedes eas morantur, quas Forosempr. assignat; quod & de aureo numero XI. dici debet. Is enim ad secundum Februarii, non ad Calendas

lendas adferibitur. Rursus lunationes omnes, quae in Februario terminantur, cauae sunt, etiam quae in quatuor diebus ultimis finiuntur. aureus denique numerus xvi. ad Kal. Oct. apponitur; numerus vero v. ad diem secundum. In Novembri vero numerus xvi, & v. diem xxix, & xxx. occupant. Est autem in vulgatis iisce Kalendaris varietatis interduum aliquid; sed quae & in paucis diebus accidit, & Librariorum plerumque, vel Typographorum hallucinatione contracta fit. * Exempli gratia; aureus numerus xix. ad Aprilis tertium diem in quibusdam Kalendaris affixus est; ut in illo Bedae ex Editione nupera Colonienfi. quod vitiosum esse constat. Ideo in antiquioribus ad quartum diem ponitur. Unde corrigendus est Mulleri typus, qui non solum aureum numerum xix. ad tertium diem; sed xviii. etiam ad quartum Aprilis affixit: utrumque perperam, ut postea dicitur. Sed & aureum numerum xix. Mullerus idem in aliis mensibus, Julio, Augusto, Septembri,

Octobri, Novembri, ac Decembri, uno die infra vulgarem sedem locavit. Est & alius apud Bedam ejusdem numeri situs in Editione Colonienfi, mense Junio. Ibi perperam aureus numerus xix. ad Kalendas; aureus xviii. ad secundum diem ponitur; quod ex vetustioribus editionibus emendandum est. Sed Typographorum errata persequi nihil attinet. Nunc Kalendarium Romanum typum, cum castigatissima numerorum aureorum dispositione subijciam. In eo vero duplices sunt numeri. Qui ad lavam sunt, ii Latinorum sunt proprii: de quorum methodo postea dicitur. sed eos hoc loco repraesentamus, ne idem Kalendarium describendum denuo fit. Ad dexteram aurei numeri Romanorum ex Alexandrianis petiti locum habent: quibus vero alteriscos adjungimus; ii scilicet aurei numeri sunt ex Pauli Forofempronienfis opinione alii, quam vulgo fiebat, sedibus adscripti.

KALENDARIVM ROMANVM VETVS CVM aureis numeris cyclōve Latinorum, & Alexandrinorum.

JANUARIUS.				FEBRUARIUS.			
Aur. nu. Latinor.	Dies		Aur. nu. Roman.	Aur. nu. Latin.	Dies		Aur. nu. Roman.
xix	1	A Cal.	iiii	viii	1	D Cal.	*xi
viii	2	B iv Non.	xi	xvi	2	E iv Non.	xi
	3	C iij		v	3	F iij	viii
	4	D Prid. Non.			4	G Prid. Non.	
xvi	5	E Nonæ.	xix		5	A Nonæ.	
v	6	F viij Eid.	viii	xiii	6	B viij Eid.	xvi
	7	G vij		ii	7	C vij	v
xiii	8	A vj	xvi		8	D vj	
	9	B v	v	x	9	E v	xiii
ii	10	C iv		xviii	10	F iv	ii
x	11	D iij	xiii	vii	11	G iij	x
xviii	12	E Prid. Eid.	ii		12	A Prid. Eid.	
	13	F Eid.		xv	13	B Eid.	xviii
vii	14	G xix Cal.	x	iv	14	C xvj Cal.	vii
	15	A xvij			15	D xv	
xv	16	B xvij	xviii	xii	16	E xiv	xv
	17	C xvj	vii	i	17	F xiiij	ix
xii	18	D xv	xv		18	G xij	iv
i	19	E xiv	ix	xvii	19	A xj	ix
	20	F xiiij		vi	20	B x	ix
ix	21	G xij	xii		21	C ix	i
xvii	22	A xj	i	x	22	D viij	xvii
	23	B x		iii	23	E vij	vi
vi	24	C ix	ix		24	F vj	
	25	D viij	xvii	x	25	G v	xvii
xiv	26	E vij	viii	iii	26	A iv	vi
iii	27	F vj	vi		27	B iij	
	28	G v		x	28	C Prid. Cal.	xiv
xi	29	A iv	xiv				
	30	B iij	xiii				
xix	31	C Prid. Cal.	ii				

* Hunc locum sic emendavit in suo codice Petrus: Quod autem aureus numerus xix. ad Aprilis iiii. diem, in quibusdam Kalendaris affixus est, ut in illo Bedae ex editione nupera Colonienfi, id ex Pauli & aliorum sententia ad quartum diem ponitur, à quo

discedit Mulleri typus, qui non solum aureum numerum xix. ad tertium diem sed xviii. etiam ad quartum Aprilis affixit, de quo postea dicitur. Sed & c.

MARTIVS.				MAIVS.			
Aur. nu. Latinor.	Dies		Aur. nu. Roman.	Aur. nu. Latinor.	Dies		Aur. nu. Roman.
xix	1	D Kal.	iiii	viii	1	B Cal.	xi
	2	E vj Non.		xvi	2	C vj Non.	xix
viii	3	F v	xi	v	3	D v	viii
	4	G iv			4	E iv	
xvi	5	A iij	xix	xiii	5	F iij	xvi
v	6	B Prid. Non.	viii	ii	6	G Prid. Non.	v
	7	C Nonæ.			7	A Nonæ.	
xiii	8	D viij Eid.	xvi	x	8	B viij Eid.	xiii
	9	E vij	v	xviii	9	C vij	ii
ii	10	F vj		vii	10	D vj	x
x	11	G v	xiii		11	E v	
xviii	12	A iv	ii		12	F iv	
	13	B iij		xv	13	G iij	xviii
vii	14	C Prid. Eid.	x	iv	14	A Prid. Eid.	vii
	15	D Eid.			15	B Eid.	
xv	16	E xvij Kal.	xviii	xii	16	C xvj Cal.	xv
	17	F xvj	vii	i	17	D xvj	ix
iv	18	G xv			18	E xv	ix
xii	19	A xiv	xv	ix	19	F xiv	xii
i	20	B xiiij	iv	xvii	20	G xiiij	xvii
	21	C xij			21	A xij	i
ix	22	D xj	xii	vi	22	B xj	ix
xvii	23	E x	i	xiv	23	C x	xvii
	24	F ix		iii	24	D ix	iii
vi	25	G viij	ix		25	E viij	xvii
	26	A vij		xviii	26	F vij	vi
xiv	27	B vj	xvii	xi	27	G vj	xiv
iii	28	C v	vi		28	A v	
	29	D iv		xix	29	B iv	iii
xi	30	E iij	xiv	viii	30	C iij	xix
	31	F Prid. Kal.	iii		31	D Prid. Cal.	xi

APRILIS.				JUNIUS.			
Aur. nu. Latinor.	Dies		Aur. nu. Roman.	Aur. nu. Latinor.	Dies		Aur. nu. Roman.
viii	1	G Cal.	xi	xvi	1	E Kal.	xix
xvi	2	A iv Non.	xi	v	2	F iv Non.	viii
v	3	B iij			3	G iij	
	4	C Prid. Non.	xix	xiii	4	A Prid. Non.	xvi
	5	D Nonæ.	viii	ii	5	B Nonæ.	v
xiii	6	E viij Eid.	xvi		6	C viij	
ii	7	F vij	v	x	7	D vij	xiii
	8	G vj		xviii	8	E vj	ii
x	9	A v	xiii	vii	9	F v	x
xviii	10	B iv	ii		10	G iv	
	11	C iij		xv	11	A iij	xviii
vii	12	D Prid. Eid.	x	iv	12	B Prid. Eid.	vii
	13	E Eid.			13	C Eid.	
xv	14	F xvij Cal.	xviii	xii	14	D xvij Kal.	xv
iv	15	G xvij	vii	i	15	E xvij	ix
	16	A xvj			16	F xvj	
xii	17	B xv	xv	xvii	17	G xv	xvii
i	18	C xiv	iv	vi	18	A xiv	vi
	19	D xiiij		xix	19	B xiiij	xix
ix	20	E xij	xii	viii	20	C xij	viii
	21	F xj	i		21	D xj	ix
vi	22	G x		xiv	22	E x	xiv
	23	A ix	ix	iii	23	F ix	iii
xiv	24	B viij	xvii		24	G viij	vi
iii	25	C vij	vi		25	A vij	
	26	D vj		xix	26	B vj	xix
xi	27	E v	xiv	viii	27	C v	viii
	28	F iv			28	D iv	
xix	29	G iij	iii		29	E iij	xi
	30	A Prid. Cal.			30	F Prid. Kal.	

JULIUS.				SEPTEMBER.			
Aur. nu. Latinor.	Dies		Aur. nu. Roman.	Aur. nu. Latin.	Dies		Aur. nu. Roman.
XVI	1	G Kal.	XIX	XIII	1	F Kal.	XVI
V	2	A vj Non.	VIII	II	2	G iv Non.	V
	3	B v			3	A iij	
XIII	4	C iv	XVI	X	4	B Prid. Non.	XIII
II	5	D iij	V	XVIIII	5	C Nonaz.	II
	6	E Prid. Non.			6	D viij Eid.	
X	7	F Nonaz.	XIII	VII	7	E vij	X
XVIIII	8	G viij Eid.	II	IV	8	F vj	IV
	9	A vij			9	G v	XVIIII
VII	10	B vj	X	III	10	A iv	VII
	11	C v			11	B iij	
XV	12	D iv	XVIIII	II	12	C Prid. Eid.	XV
IV	13	E iij	VII	I	13	D Eid.	IV
	14	F Prid. Eid.			14	E xvij Kal.	
XII	15	G Eid.	XV	IX	15	F xvij	XII
I	16	A xvij Kal.	IV	XVIIII	16	G xvj	I
	17	B xvj			17	A xv	
IX	18	C xv	XII	VI	18	B xiv	IX
XVII	19	D xiv	I	XIV	19	C xiiij	XVII
	20	E xiiij			20	D xij	
VI	21	F xij	IX	III	21	E xj	VI
	22	G xj			22	F x	
XIV	23	A x	XVII	XI	23	G ix	XIV
III	24	B ix	VI	XII	24	A viij	III
	25	C viij			25	B vij	
XI	26	D vij	XIV	VIIII	26	C vj	XI
XIX	27	E vi	III	XVI	27	D v	XIX
	28	F v			28	E iv	
VIIII	29	G iv	XI	V	29	F iij	VIIII
XVI	30	A iij	XIX	XIII	30	G Prid. Kal.	XVI
	31	B Prid. Kal.					

AUGUSTUS.

OCTOBER.

V	1	C Kal.	VIII	II	1	A Kal.	XVI*	*v
XIII	2	D iv Non.	XVI	X	2	B vj Non.	v*	*o
II	3	E iij	V	XVIII	3	C v	XIII	
	4	F Prid. Non.			4	D iv	II	
X	5	G Nonaz.	XIII	VII	5	E iij	X	
XVIIII	6	A viij Eid.	II	XV	6	F Prid. Non.	XVIIII	
	7	B vij			7	G Nonaz.		
VII	8	C vj	X	IV	8	A viij Eid.	VIIII	
	9	D v			9	B vij	VII	
XV	10	E iv	XVIIII	III	10	C vj	XV	
IV	11	F iij	VII	I	11	D v	IV	
	12	G Prid. Eid.			12	E iv		
XII	13	A Eid.	XV	IX	13	F iij	XII	
I	14	B xix Kal.	IV	XVII	14	G Prid. Eid.	XI	
	15	C xvij			15	A Eid.	I	
IX	16	D xvij	XII	VI	16	B xvij Kal.	IX	
	17	E xvj	I	XIV	17	C xvj	XVII	
XVII	18	F xv			18	D xv	VI	
VI	19	G xiv	IX	XI	19	E xiv	XVII	
	20	A xiiij			20	F xiiij	VI	
XIV	21	B xij	XVII	VIIII	21	G xij	XI	
III	22	C xj	VI	XVI	22	A xj	XIX	
	23	D x			23	B x	III	
XI	24	E ix	XIV	V	24	C ix	XVIIII	
	25	F viij	III	III	25	D viij	XI	
XIX	26	G vij			26	E vij	XIX	
	27	A vj	XI		27	F vj		
VIIII	28	B v	XIX		28	G v	VIIII	
	29	C iv			29	A iv		
XVI	30	D iij	VIIII		30	B iij	XVI	
V	31	E Prid. Kal.			31	C Prid. Kal.	V	

NOVEMBER.				DECEMBER.			
Aur. nu. Latinor.	Dies		Aur. nu. Roman.	Aur. nu. Latinor.	Dies		Aur. nu. Roman.
X	1	D Kal.	XIII	X	1	F Kal.	XIII
XVIIII	2	E iv Non.	II	XVIIII	2	G iv Non.	II
	3	F iij			3	A iij	
VII	4	G Prid. Non.	X	VII	4	B Prid. Non.	X
	5	A Nonaz.			5	C Nonaz.	
XV	6	B viij Eid.	XVIIII	XV	6	D viij Eid.	XVIIII
IV	7	C vj	VII	IV	7	E vij	VII
	8	D vj			8	F vj	
	9	E v			9	G v	
XII	10	F iv	XV	XII	10	A iv	XV
I	11	G iij	IV	I	11	B iij	IV
	12	A Prid. Eid.			12	C Prid. Eid.	
IX	13	B Eid.	XII	IX	13	D Eid.	XII
XVII	14	C xvij Kal.	I	XVII	14	E xix Kal.	I
	15	D xvij			15	F xvij	
VI	16	E xvj	IX	VI	16	G xvij	IX
	17	F xv			17	A xvj	
XIV	18	G xiv	XVII	XIV	18	B xv	XVII
III	19	A xiiij	VI	III	19	C xiv	VI
	20	B xij			20	D xiiij	
XI	21	C xj	XIV	XI	21	E xij	XIV
XIX	22	D x	III	XIX	22	F xj	III
	23	E ix			23	G x	
VIIII	24	F viij	XI	VIIII	24	A ix	XI
XVI	25	G vij	XIX	XVI	25	B viij	XIX
V	26	A vj	VIIII	V	26	C vij	VIIII
	27	B v			27	D vj	
	28	C iv	*XVI		28	E v	*XVI
XIII	29	D iij	XVI	XIII	29	F iij	XVI
II	30	E Prid. Kal.	IV	II	30	G iij	IV
					31	A Prid. Kal.	XIII

CAPUT VI.

De Embolizatis annis in Cyclo decemnovennali Alexandrinorum, ac Romanorum.

In hoc Kalendarium Romani Diagrammate perspicua sunt omnia, quae de cyclo decemnovennali ab Alexandrinis in Romano usum translato, Dionysio institutore, diximus: praesertim verò ejusmodi Paulus Fotofenpronienensis aureorum numerorum dispositionem contra communem rationem invexerit. Sanè contextus ille numerorum aureorum in Romano Kalendario, quem primum ac sincerissimum Paulus arbitrat, cum eo quadrat, qui in typo quinque mensium Alexandrinorum superiori capite propositus est. Ad eos enim dies Romanorum mensium appositi sunt aurei numeri, qui ad Alexandrinorum mensium respondentibus illis dies adscripti sunt. Quae Romani Kalendarium confirmatio fontem illum Alexandrini Kalendarium, à quo proflexit, atque originem representat. Etenim plenarum cavarumque syzygiarum *evamaze* ad seriem Alexandrinorum mensium exigitur; ut quae in paribus terminantur, tricenariae sint; quae in imparibus, uno die defectae, uti supra declaratum est. At vulgari Kalendariorum omnium dispositio aureos numeros non ad Alexandrinorum mensium, sed Romanorum ordinem accommodatos exhibet: ita ut quae in Januarium, verbi gratia, desinant lunationes, omnes plene sint; cauae, quae in Februarium, & ita deinceps. Quamquam aureus numerus xi. praeter aliorum morem, plenam habet syzygiam in Februarii desinentem; cauae autem in Martio: cujus ratio cap. vii. reddetur. Ex his verò duabus, quam potissimum rationem Dionysius amplexus fuerit, non admodum liquet. Ac veteri potest priorem illam ex Pauli sententia tenuisse, quandoquidem Alexandrinorum numeros aureos, totamque cycli methodum in Romano Kalendarium invexisse fertur: nulla alia mutatione facta, nisi necessaria illa numerorum post xxix. Augusti unitate crescentium, propter diversa annorum exordia. Adeo verò religiose, imò superstitione potius Alexandrinam

illam ordinationem retinuit; ut saltum quoque lunarem, qui apud Alexandrinos in exeunte anno, hoc est Mesori sextum cadebat, qui Julii tricesimo responderet, loco movendum non putaverit in Romano; atque inde Lunae saltum contra naturalem ordinem in primo anno statuerit. Quod si Dionysius ad eum modum numeros aureos Romanis mensibus illigavit; non dubium est quin ab aliis paulò post interpolati fuerint, & ad eam formam redacti, quae in Kalendarium omnibus antiquis cernitur. Est autem vetustissima illa mutatio, quam & Bedam ipsum agnovisse supra docuimus; & universam deinceps Ecclesiam adscivisse. Est ea verò, si ad Romanum annum, & Kalendarium respicias, multò, quam altera illa, praestantior, ac rerum naturae magis consentanea. Nec illud obstat, quòd ab Alexandrinorum ordinatione paululum discedit. Leve est enim discrimen illud; quòd & anni natura, & diversum ejus initium suo jure postulare videtur. Frustra itaque corruptos ac depravatos Dionysianos numeros à recentioribus, Computistae aliqui querunt. Neque enim recens est institutum illud: ut ostendimus, & pluribus de causis primo illi est, ac veteri meo judicio praefendum.

UT aureorum numerorum in utroque Kalendario, ac Romano praesertim, ordinari ratio possit, & ordinata cognosci; scire prius oportet, quis embolizatum mensium situs existerit. Ac naturalis quidem illorum in Alexandrino dispositio capite secundo libri hujus exposita est; ubi non uno alteroque civili mense circun-

circumscriptos fuisse intercalares illos, sed per totum anni contextum evagatos, ostendimus. Tum enim intercalabatur, cum superfluum dierum excessus iusta syzygiae modum attingeret. Postea vero, cum Paschalis celebratoris, ac primi, hoc est verni mensis habenda ratio videretur, embolimi omnes dissipati antea ac dispersi, certum in mensum contracti sunt. De quo antequam discepto, prius de anno constituendum videtur. In naturali igitur, sive, ut Paulus Forosempronienensis nominat, epactali cyclo, embolimi anni sunt, III, VI, IX, XI, XIV, XVII, XIX. In iis enim solis epactarum, sive redundantium dierum progressus tricenarium numerum explet. Nam triennio finitico colliguntur de Solis excessu dies xxxii; & quibus demptis xxx, residui sunt tres, qui cum epactis trium insequentium annorum, triginta subductis, sex epactas relinquunt. Eae cum residuo annorum duorum, septimi, & octavi, viginti octo dies efficiunt. Nondum ergo post octavum annum finitum intercalatio fieri debet, sed in sequentem nonum differri; ut collectis in unum diebus omnibus, atque integra syzygia detracta, novem dies supersint. Hi cum epactis duorum annorum conjuncti, intercalationem in xi. annum conferunt; & unus restat dies. Ad quem cum epactis trium annorum accesserint, & summa constata dierum xxxiv, deducto mense, & in decimi quarti finem coniecto, quatuor supersunt; quibus rursus adjuncta trium annorum epacta, detractoque mense integro, qui decimo septimo exeunte ad reliquos accensetur, sunt reliqui vii. Hi cum epactis biennii, dies xxxi. efficiunt; quae postrema lunatio de septem embolimis in fine anni xix. intercalatur. Eiusmodi naturalis est epactarum & intercalarium mensium in cyclo decemnovennali progressio. Verum Heraclitus, & Computistarum artificium paullulum immutata est; ita ut ante nonum annum, in octavo praecipitaretur intercalatio.

Octavus annus in cyclo olim embolimus.
Octavus enim annus apud Alexandrinos embolimus mensum habuit. Sed & apud veteres omnes Graecos pariter & Hebraeos octavo anno intercalatum esse constat, ut in Animadv. ad Epiphanium, Heraclitus lx. demonstratum est. Primum enim antiquissima Graecorum Periodus, Octaeteris (uti supra libro II. declaravimus) hoc ipsum arguit. Nam in ea tertius mensis intercalaris in octavi finem rejectus est; quod Geminus docet, nec non Epiphanius, Sozomenus, alique, quorum testimonia in Animadv. nostris adduximus. Tum Enneadecaeteride constituta nihilominus idem annus octavus embolimus existit. quod ex eo patet, quoniam ex veteri Enneadecaeteridis divisione, pars ejus prior Octaeteris, posterior hendecadas fuit, in illa ter; in hac quater intercalatum dicitur tam apud Hebraeos, quam apud nostros. De Hebraeis testatur Glossa i. Partis I. ad Maimonidem in Tract. Kiddusch hahodesch. Vide Animadv. Epiphani. Idem & Alexandrinos instituisse non dubium est: cum ab iis Dionysius Exiguus, qui octavum, ut postea docebitur, annum embolimum constituit, methodum omnem acceperit. Ad haec Iliodorus lib. vi. Orig. cap. xvi. cyclos v. Beati Cyrilli describit; in quibus octavus annus embolimus est.

Quinctiam id exemplo illo Paschalis celebratoris ostenditur; quod argumentum est luculente illius Epistolae, quam D. Ambrosius ad Episcopos Aemiliae scripsit, idque nos suo loco pertractavimus. Nam ex illa Epistola certum est, anno Christi cccxxxvii. cyclo Lunae viii, Pascha ab Alexandrinis indictum in xxx. diem Pharmuthi mensis, qui est vii. Kal. Maii, sive Aprilis xxv. & solennis Paschalis remotissimus terminus. Judaeos autem eodem anno celebraisse Pascha suum vicissim quarto die Phenoth, hoc est xlii. Kal. Apr. Apparet ergo annum illum octavum cycli decemnovennalis embolimum fuisse. Siquidem decima quarta Paschalis in xlii. Pharmuthi mensis incurrit, qui est Aprilis xviii. Neomenia vero in x. Pharmuthi, Aprilis v. Nulla vero Paschalis Neomenia in Pharmuthi mense, nisi Embolismo anno initium sumit. Deinde

* In Calendario, numeri aurei perscribuntur a Januario incipientes. Quare Cycli decemnovennales unitate majores sunt, a mense Paschali ad finem Decembris, quam aurei numeri, vel 4. quo Neomenia anni I. decemnovennalis Cycli init, aurei numeri 19. perinde Cyclo 19. Paschalem inducent. A 3. Aprilis usque ad Decembrem Cyclus novennalis primus procedit cum aureo numero 19. Embolimi vero mense, qui in Martium cadunt imputantur anno antecedenti, qui ab Aprilis incipit, vel sine Martii. Petrus.

Differt a cyclo decemnovennali

Melius notri annum nonum embolimus facit, quam reteres octavum.

rem; & eum ipsum; qui in Romanum Calendarium cyclos Alexandrinos, ac numeros inveniit; Dionysium videlicet Exiguum. Is in Epistola, quam in calce Operis hujus edidimus, cycli decemnovennalis antea ex ordine omnes explicat, & quo dierum numero singuli consistit, quique simplices aut embolimici sunt, notat: ex quo Bedae Scholiasse Bridersertus Ramefensis ad capit. lix. libri de Ratione Temporum illud descripsit. In eo itaque catalogo octavus annus cycli decemnovennalis, qui lunaris cycli quintus numeratur, quia embolimicus est, diebus constare fertur cccxxxiv. Verba Dionysii, *Decemnovennali viii, lunari v, a pridie Kal. Apr. usque in xiv. Kal. Maii, quia embolimicus est, sunt dies cccxxxiv. Ubi illud observandum, Dionysium annos cyclos singulos a Luna decima quinta mensis Paschalis incipere, & in decimam quartam desinare sequentes. Hoc modo annum octavum ait inire a xxxi. die Martii, quae est decima quinta dies a Martii xvii, cui aureus numerus vii. assignatur. Desinit autem in xiv. Kal. Maias, sive in xviii. Aprilis, qui est dies decimus quartus a v. Aprilis, cui aureus numerus viii. adscribitur. Igitur annus ille, in quo currit aureus numerus vii, quique ab eo anno, qui aureo numero xix. affectus est, octavum locum habet, est embolimicus: non autem is annus, qui praeditus est aureo numero viii, quique & sextum habet ab aureo numero III. locum, & nonum ab aureo numero xix; ut superioribus illis auctoribus placebat. Praeterea Dionysius eadem epistola Enneadecaeteridem dividit in ogdoadem, & hendecadem. De ogdoade porro ita scribit. *Ogdoas ergo, quae incipit a primo decemnovennali cyclo, qui est lunaris decimus septimus, hac ratione peragitur; ut annos primum, & secundum communes, id est majores habeat, tertium embolimum, id est majorem; annum quartum, & quintum item communes; sextum embolimum; septimum communem; octavum embolimum. Cum ergo primus annus decemnovennalis cycli sit ille, qui aureum numerum xix. habet; erit hic in numeris aureis embolimorum ordo, 2, 5, 8, 11, 14, 17, 19. Vides ut in octavo anno embolimus a Dionysio statuitur.**

Post Dionysium Exiguum antiquissimus, & praestantissimus cycli decemnovennalis Romani, & Computisticae methodi omnis auctor habetur Beda. Hic autem nihil hac in re a Dionysio discrepat; sed constanter octavum annum cycli decemnovennalis, qui aureum numerum vii, eundemque a primo, id est a xix, octavum ordine, embolimum statuit, multis id quidem in locis. Velut in eo libro, qui Ephemeris inscribitur Tomo I. in Calendario, in calce Maii mensis hoc addit. *In anno octavo Luna, quae debuit in Calendis Maii vigesima octava esse, vigesima septima fit, propter tertium embolimum, qui secundo nonarium Martii inseritur.* Et in Libello de Embolimo; tertium embolimum secundo Nonarum Martii inseri docet; quando septemdecim epactae sunt, & secundo Non. Aprilis terminari; quod deinceps repetit pag. 237. Idem docet in libro de Temp. cap. xl. et cap. xlii. ubi Enneadecaeteridem dividit in ogdoadem, qui tres embolimi competunt, & hendecadem, quae septem habet. Item cap. li. ubi cycli lunaris expansos annos declarat. Testatur hoc ipsum & alii post Bedam omnes; ut Rabanus Maurus libro de Computo: Durandus in Rationali Divin. Off. libro viii, cap. x. Joannes de Sacrobofco in Computo. Joannes Staesslerus Kalend. Prop. xxxiv, in A. b. & sequentibus sectionibus: Paulus Forosempronienensis libro v. Pauline. Petrus Pitavus cap. v. Kalendarii. Campanus in Computo majore cap. xxxi: ubi accurate illud explicat; quomodo in octavo anno cycli, licet epactae nondum jultum modum lunaris mensis attingerent, nihilominus intercalatur, & bidui versura fiat, quod ab anno nono sumitur. Idem porro cap. xxxvi. Tabellam in fine capitis propositi; in qua embolimi anni descripsi sunt; qui videntur esse 2, 5, 8, 11, 14, 17, 19, sed ille epactarum epilogismos a Septembri ordinans, indidem & embolimorum ratiocinia deducit, ut suo loco patebit. Denique communis iste sensus Computistarum omnium est, octavo anno intercalatum fuisse in cyclo decemnovennali aureo numero vii. curram; si a Januario numeros aureos incipias. fin a Paschali mense, numero aureo vii. desinente; cujus em-

Differt a cyclo decemnovennali

fit annus xix. aureus tamen numerus 18. perseverat ad finem Decembris. A Januario vero usque ad Aprilis: vel 4. quo Neomenia anni I. decemnovennalis Cycli init, aurei numeri 19. perinde Cyclo 19. Paschalem inducent. A 3. Aprilis usque ad Decembrem Cyclus novennalis primus procedit cum aureo numero 19. Embolimi vero mense, qui in Martium cadunt imputantur anno antecedenti, qui ab Aprilis incipit, vel sine Martii. Petrus.

bolimus mensis, & ultimus Neomeniam habet in vi. die Martii. Hinc flagrantissima illa Graecorum ac Romanorum deinde, qui Graecos secuti sunt, a Latinis Judaeorum ritum sequentibus dissidia nata sunt in annis viii. & xix: quos cum Catholicos embolimos facerent, Latini & Schismatici simplices habebant. Quid autem paucos illos, nec ignobiles Scriptores adduxerit, ut annum nonum embolimum non statueret solium, sed ejusmodi apud veteres fuisse dicerent, postea docebitur; cum de initio cycli decemnovennalis agetur.

CAPUT VII.

De embolimis mensibus eorumque situ in Romano Calendario. Refertur Pauli Forosempronienensis opinio: & alia in Romano quam in Alexandrino Calendario fuisse dispositio monstratur: tum Gregoriana commendatur.

DECEMNOVENNALIS Lunae cyclus lunares mensibus universis cccxxxv. complectitur: quorum cccxxviii. sunt ordinarii; septem extra ordinem inseruntur, ex diebus superfluis, quibus Solis annus lunarem superat paulatim collecti; uti supra declaravimus. Quare naturalis ea dispositio videtur, ut in quacumque anni parte redundantium illorum dierum systema integrum mensum expleverit, ibi fiat intercalatio. quod in epactali Alexandrinorum cyclo factum vidimus capite I. & II. Postea methodi Paschalis, ac primi mensis, sive Kronos, gratia certam in sedem coniecti sunt embolimi menses, & ante tempus praecipitata nonnumquam intercalatio. quod superioribus aliquot capitibus ostendimus. Igitur Alexandrini septem syzygias intercalares inferebant ante primum mensum; hoc est vernum, atque Paschalem; Judaeos imitati, qui, perinde ut Christiani, duplex anni primordium, ac primum itidem mensum duplicem observabant, civilem, & Ecclesiasticum. Erant autem anni, quibus intercalabant, isti, III, VI, VIII, XI, XIV, XVII, XIX. Et quoniam mensis intercalaris extra ordinem plenus est, ideo pleni duo menses sese proxime consequuntur. Itaque in cyclo Alexandrino decemnovennali, & ad Paschalem methodum directo, quem cap. iv. descripsimus, septem illi aurei numeri uno die submoti sunt, uti plena illa lunatio fieret, quae in Pharmuthi desinere; qui cum par, id est, octavus mensis esset, extra ordinem plenam syzygiam fortitus est: atque ita plene duae proxime sese consequuntur in septem illis aureis numeris. Exempli causa, cyclo corrente III, lunatio, quae Mechir v. sive xxx. Januarii incipit, & in iv. Phenoth, qui est Februarii postremus, desinit, plena est; quam altera plena itidem excipit, a Kalendis Martii, & v. Phenoth inciens, & in iv. Pharmuthi sive xxx. Martii desinens. Quare numerus aureus III. a iv. Pharmuthi in v. descendit; quod in ceteris embolimis eadem ratione factum supra docuimus. In iis enim lunationum duarum plenarum concursus ante Paschalem mensum accidit in cyclo decemnovennali Alexandrinorum. De Romano idem Paulus Forosempronienensis docet; qui, ut capite v. retulimus, Petrum de Ri-

Falsa Pauli Forosempronienensis opinio restituitur

linae, quod aureos numeros in Januario, & aliis quibusdam mensibus contra atque Alexandrini collocabant. Quorum ex ratione consequens est, ut lunationes omnes, quae in Januario desinunt, plene; quae in Febuario, cave sint. Unde lunationes aurei numeri III. vi. xiv. xvii, quae in Febuario terminantur, cave sunt; quibus plene succedunt; iis rursus cave; quae sunt Paschales syzygiae. Nam in cyclis viii. & xix, quoniam lunationes in primos, dies Martii desinunt & in Alexandrinum item imparem Phenoth plene sunt, quibus plene aliae subjunguntur in Aprilis terminate. At lunatio aurei numeri xi. in Martii secundo terminata, cave est, praeterquam mensis paris ratio postulat, de quo mox. Igitur duae in istis aureis numeris viii, & xix, lunationes plene proxime sese consequuntur. Hanc numerorum aureorum in Romano Calendario descriptionem vetustissimam esse, & a Beda, alisque Computistis agnovci, capite illo v. demonstratum est. Quam vero Paulus Forosempronienensis aureorum numerum dispositionem ad Alexandrinorum imitationem expressam